



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XVII. De aliis Nicolai Papae capitibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10634**

(10) Quod attinet ad caput 23. *De Presbyterorum*.  
17. q. 4. ejus inscriptio in editione Romana est: *Item*  
*Nicolaus Papa Thadoni Archiepiscopo Mediolanensi*.  
In margine est: *In Chronico Mediolan. Ivo p. 10. c. 20.*

DE ALIIS NICOLAI PAPÆ  
capitibus.

*Dialogus decimusseptimus.*

**A**. TITULUS duodecimus de Clericis  
inscribitur. Tria tantum habet capita.  
Primi capitis initium *Clericus qui*. Ejus in-  
scriptio apud Gratianum *a*: *Nicolaus Papa*  
*Odoni Viennensi Archiepiscopo*. apud Ivonem  
*b*: *Stephanus Adoni Viennensi Archiepisco-*  
*po*. Est etiam varietas in illis verbis: *De illo*  
*Clerico Alverico*. Est enim *Alvico* pro *Al-*  
*verico* apud Ivonem, *Albino* apud Contium,  
qui *Othoni Coloniensi* in margine adscriptus,  
& *Adoni Viennensi* ex Ivone. Stephani non  
habuit rationem. B. In veteri libro extat Ni-  
colai epistula Odoni Archiepiscopo missa, ut  
in indice scriptum est, Adoni in verbis plene  
relatis. In eadem hoc non inveni caput, sed  
illud quod alibi posuit Gratianus *c* ita inscri-  
ptum: *Nicolaus Papa Adoni Viennensi Ar-*  
*chiepiscopo*. Eadem inscriptione utitur Ivo in  
excerptionibus & in epistulis. A. De eo capi-  
te postea erit agendum. (1) Caput alterum,  
cujus initium *Clericum*, quod apud Gratianum  
e solo Nicolai Papæ nomine inscribitur, apud  
Ivonem *f* *Nicolaus Vuilfredo Marinesi*

*a* Dist. 32. c.  
4. De illo.

*b* Ivo par. 6.  
c. 112. decret.

*c* 12. q. 2. De  
reb. 22.  
*d* Ivo par. 3.  
c. 152. & in  
epist. 71. vel  
30. Belvac.  
Decano.  
*e* Dist. 50. c.  
5. Clericum.  
*f* Ivo par. 6.  
c. 112. decret.

*Ecclesia Episcopo* sed & plenius, scriptum est. Sic etiam in libro Cæsaraugustano *g* plenius scribitur, & eodem modo inscriptum legitur una excepta voce *Vuilfredo*; pro qua est, *Guifredo*. Similis est inscriptio cuiusdam capituli *h*, de quo egimus cum de titulo decimo dictum est, licet illic Hunilfredus diceretur. Hoc loco apud Cochlæum est *Osualdo coëpiscopo Quadrantino*, ut capite tertio tituli undecimi *i*, quæ etiam inscriptio est cuiusdam capituli proximi apud Gratianum *k* huic nostro, & in libro Cæsaraugustano *l*, in quo tamen est *chorepiscopo pro coëpiscopo*, ut apud Contium & in veteri libro meo est. B. Inscriptionem eandem utrique capiti convenire putavit. Sed cur non invenimus alterius capituli verba in his viginti titulis? C. Quid si posterius caput non esse Nicolai credidit, aut utrumque ejusdem esse sententiæ? A. De tertio capite videamus, cujus initium *Hi qui arborem m*. Hoc solum Nicolai nomen habet apud Gratianum & Cochlæum. De eo quid selectis viris placuit? B. Incertum esse, & nusquam repertum. (2) A. Sequitur titulus XIII. de votis monasticis. sub quo sunt capitula tria. Primi initium est: *Femina quæ post obitum*. Ejus inscriptio apud Gratianum *n* est: *Nicolaus ad Albinum Viennensis Ecclesia Archiepiscopus*. Hic *Adalvvinus* appellatur à Burchardo *o* & *Vivenensis Ecclesia*. & ab Ivone *p* in Panormia *Vivacensis Ecclesia*, & *Adalvvinus Archiepiscopus*. Sic etiam in excerptionibus. *Adalvvinus* est Archiepisco-

*g Cæs. lib. 15. c. 35.*

*h 7. q. 1. c. 47. Sciscitaris.*

*i Dist. 50. c. 39. Studeat. k Dist. e. c. 6. De his. l Cæs. lib. 15. c. 34.*

*m Dist. 50. c. 49. Hi qui arborem.*

*n Dist. 27. c. 6. Quod interrogasti. o Burch. lib. 3. c. 47. p Ivo lib. 3. tit. 17. c. 18. Panor. & par. 7. c. 65. & c. 152. dec.*

pus. Sed Ecclesia Viennensis, vel Vinanensis, ut in alio capite est, sic inscribitur, *Nicolaus Alumino Funariensi Episcopo*. Ex hac varietate orta mihi hæc opinio est, ut hic idem ille sit Albinus quem alij Januensem Archiepiscopum, alij Jovanensem Episcopum vocabant, ut in capitibus tituli decimi invenimus q. B. Opinioni tuæ facile subscribo. *Alumino* enim & *Aluvino* similes voces sunt; & *Januensi* sive *Jovanensi* cum *Funariensi* maximè convenit. Est quoque titulus decimo octavo aliud caput, cujus initium *Inter hæc r*, ita inscriptum apud Gratianum & Ivonem *f: Nicolaus Alvino Archiepiscopo*. Sed idem Ivo alibi *t* ita inscripsit: *Nicolaus Carolo Archiepiscopo & ejus suffraganeis*. A. Video incerta esse hæc omnia. C. Quid de illis verbis dicturus es quæ Palea superiori capiti *u* addidit, quæ à Burchardo & Ivone sumere potuit, si modò aliquid ab eis sumpsit? An ea dicemus ab Joanne Cochlæo esse ommissa, cum tamen Nicolai essent? A. Ommissa esse constat. Cur omiserit, incertum est. (3) Alterius capitis, cujus initium *Præfens Clericus*, inscriptio est apud Gratianum *x* & in libro CæsarAugustano *y: Nicolaus omnibus Episcopis in regno Ludovici*. apud Ivonem *z* additur: *Nicolaus Papa primus*. Quid habes ex Romanis libris quod addas? B. Nihil omnino. (4) Sed ne de illo quidem capite *Vidua quidem a*, cujus inscriptio est apud Ivonem *b* & Gratianum *Nicolaus Carolo Archiepiscopo & ejus suffraganeis*. A. Cochlæus

q *Dial. 15.*  
*hujus libri.*

r 33. q. 2. c. 6.  
Inter hæc.  
f *Ivo lib. 7.*  
tit. 2. c. 1. *Pa-*  
*norm. & par.*  
8. c. 333. dec.  
t *Idem d. par.*  
8. cap. 124.  
u *Dist. 27. c.*  
7. Nam si.

x 20. q. 3. c.  
4. *Præfens.*  
y *Cæs. lib. 9.*  
c. 48.

z *Ivo par. 6.*  
c. 356. decret.

a 27. q. 1. c.  
34. *Vidua.*  
b *Ivo lib. 3.*  
tit. 17. c. 12.  
*panor. & par.*  
7. c. 145. dec.

addit, *Carolo Archiepiscopo Maguntino*, ut in alio capite tituli undecimi, quod in Vormaciensi synodo inventum est. Quærite in eodem Concilio. C. Caput est xx i. in quo extremo hæc verba sunt, à Gratiano & Ivone omissa: *Quod si præsumpserit, à liminibus sanctæ Ecclesiæ segregetur, donec ad emendationis remedia confugiat*. A. Poteris hoc addere Romanæ editioni, si in ea fuerit omis- sum. (5) Tituli xiv. de laicis duo capita sunt. Prioris initium est *De Presbyteris c.* Sumptum est ex capite lxx. ad consulta Bulgarorum, ut etiam Ivo d. notat. In libro Tarraconensi e Nicolao tantum Episcopo adscribitur. (6) Posterioris *In scripturis* f apud Gratianum hæc inscriptio est: *Nicolaus Ludovico Imperatori*. Addit Cochlæus, *Ludovico secundo Imperatori*. Demochares & Contiùs, *Michaëli Imperatori*. Sed nobis res incerta est, licet de Constantini verbis aliquid in epistula magna ad Michaëlem dicatur, & apud Deus-dedit capite tertio. B. Idem selectis viris placet. (7) A. Tituli xv. de Ecclesiis capita tria sunt. Primi initium, *Nulla edificia g*, licet nomen habeat Nicolai Papæ, meliùs inscriberetur Concilij Salegunstadiensis cap. xii. ut est apud Burchardum h & Ivonem i; & pro *Clericorum* scribendum est *Presbyterorum*. (8) Alterius capitis, *De rebus quæ semel*, inscriptio esse debet *Nicolaus Adoni Archiepiscopo*, ut à te dictum est hodie. De varietate nunc dices. B. Dixi exstare Nicolai epistulam. Ejus initium est: *Quia san-*

c Dist. 28. c. ult.

d Ivo lib. 5. tit. 1. c. 11. Pann. & par. 2. c. 82. dec. c. Tarracon. lib. 1. c. 167. f Dist. 96. c. 2. In scripturis.

g 12 q. 1. c. 4. Nulla.

h Burc. in fine decretorum.

i Ivo par. 15. cap. 178. dec. 12. q. 2. c. 22. De reb.

*ditatis vestrae.* In ea pro *concessionis Principum* est *successionis.* quod non æquè placet. & pro *consulatis Principem,* illic est *consulto Principe.* Cetera sunt leviora. (9) A. Tertij capituli initium est: *Sicut antiquitus.* inscriptio: *Nicolaus omnibus Episcopis,* apud Gratianum *k* & Ivonem *l* & Anselmum *m* & in libro Tarraconensi *n.* C. Duplex inscriptio est in Panormia, Agathensis Concilij cap. XXIIX. & Nicolai. In eo Concilio hæc verba non invenio. A. Consule veterem Panormiæ librum. C. *Ex Concilio Antiocheno cap. v. Nicolaus &c.* A. Hoc etiam mendosum est. Quid in veteribus tuis est? B. Varietas notata est à selectis viris. LX. *passus* pro XL. & *confinia earum,* pro *confinia eorum.* (10) A. Tituli XVI. de baptismo duo capita sunt. De priori, cujus initium *A quodam Judæo o.* dictum à nobis est *p.* Alterius initium, *Catechismi baptizandorum.* inscriptio apud Gratianum, *q Nicolaus Papa;* apud Ivonem *r.* *Nicolaus Papa Joanni Archiepiscopo Ravennatensi.* Quid tu addis? B. Nihil habeo quod addere possim. (11) A. Sequitur titulus XVII. de pœnitentia. de quo cras agemus.

## A D D I T I O N E S.

I)) **A**NTE caput quartum distinctionis 32. hæc in Gregoriano libro verba sunt: *Item Nicolaus Papa Odoni Viennensi Archiepiscopo. De illa Clerico Alverico &c.* In margine est: *Al. Adoni. & al. Alvico.* Et: Ivo p. 6. c. 119. Caput 22. De rebus. 12. q. 2. ita inscribitur: *Item Nicolaus Papa Adoni Viennensi Archiepiscopo in epistola cujus initium Quia*

k 17. q. 4. c. 6. Sicut.  
l Ivo lib. 2. tit. 8. c. 3.  
Panorm. & par. 3. c. 104. decr.  
m Anselm. lib. 5. c. 74. in addit. & 46. in Rom.  
n Tarrac. lib. 6. c. 244.

o De consec. d. 4. c. 24.  
A quodam.  
p Dial. 18. lib. 1. q. c. 57. Catechismi. ejusd. dist.  
r Ivo lib. 1. tit. 2. c. 33.  
Panorm. & par. 1. c. 87. decr.

sanctitatis vestra. In margine est: Ivo p. 3. c. 152. Et in Notis: Extat epistola hac in libro saepe citato bibliotheca Dominicana, in qua respondet Nicolaus ad nonnullas quaestiones ab Adone (al. Odone) sibi propositas.

(2) Distin. 50. caput 5. Clericum, in eodem libro ita inscriptum est: Item Nicolaus Papa. Et in margine est: Ivo p. 6. c. 120. Capitis sexti De his Clericis. hac inscriptio est: Item Osbaldo Chorepiscopo Quadrantino. De capite 39. Studeat. eadem distinctione scriptum est dial. 16. addit. 7. & de capite 47. sciscitaris. 7. q. 1. dialogo 15. addit. 14. Capitis 49. Hi qui arbores. (sic enim editum est, non arborem) eadem dist. 50. inscriptio est: Item Nicolaus Papa.

(3) Inscriptio capitis sexti Quod interrogasti. dist. 27. in eodem libro hac est: Item Nicolaus Papa ad Albinum Viennin. Ecclesia Archiepiscopum. In margine est: Valde variant hac nomina in exemplaribus & Burchard. & Ivone. Burch. l. 8. c. 47. Ivo par. 7. c. 65. & 152. Pann. l. 3. c. 205. Capitis 7. Nam si consenserimus. eadem distinctione inscriptio est: Palea. In margine hac sunt: Burchard. & Ivo ibidem. Pann. l. 3. c. 206. In Notis est: Caput hoc in multis Gratiani codicibus (in quibus habetur sine nomine Palea) est conjunctum superiori, quemadmodum & apud Burchardum & Ivonem. In pannormia autem est sejunctum. Inscriptio capitis 6. Inter hac. 33. q. 2. hac est: Hinc idem Nicolaus scribit Albino Archiepiscopo. In margine est: Sent. ibidem. (hoc est, Sent. 4. dist. 38.) Polic. l. 6. tit. 10. Ivo p. 8. c. 124. & 333. Pann. l. 7. c. 14.

(4) Caput quartum Praefens Clericus. 20. q. 3. in eodem libro ita inscribitur: Vnde Nicolaus Papa scribit omnibus Episcopis in regno Ludovici. In margine est: Ivo p. 6. c. 356.

(5) Hac est in eodem libro inscriptio capitis 34. Vidua. 27. q. 1. Item Nicolaus Carolo Archiepiscopo & ejus suffraganeis. In margine hac sunt: Habetur in Concil. Vormaciensi c. 21. Ivo p. 7. c. 145. Pann. l. 3. c. 199. In Notis: Oblationes ] In Concilio Vormaciensi, apud Ivonem, & in Pannormia legitur, obla-

tionem. sed glossa magis ferè convenit voci oblationes.

(6) Extremi capitis distin. 28. inscriptio in eodem libro hæc est: *Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum c. 70. Consultandum decernitis &c.* In margine est: *Ivo p. 2. c. 82. Pann. l. 5. c. 12.* Et in Notis: *Presbyterum* } *In ultimo capite harum reponsonum referuntur Bulgarorum verba dicentium multos apud se esse Gracos & Armenos & alios qui diversa docerent. Nondum enim à Romana sede Episcopum aut Presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum si Presbyter, de quo in hoc capite agitur, conjugatus erat.*

(7) Distinctione 96. capitis 8. *In scripturis.* in eodem libro inscriptio est: *Idem (Nicolaus) Ludovico Imperatori.* In margine est: *Habentur aliqua in ead. epist. ad Michaelem.*

(8) Ante caput quartum *Nulla adificia.* 12. q. 1. hæc in eodem libro verba sunt: *Vnde Nicolaus Papa.* Et in margine: *In Concil. Salegunst. c. 12. Ivo p. 15. c. 178.* Et in Notis: *Ferè eadem leguntur in Concilio Salegunstadiensi c. 12. quod habetur in fine Collectionis Burchardi, & refertur ab Ivone par. 15. Vox Clericorum edita est.*

(9) De inscriptione capitis 22. *De rebus.* 12. q. 1. scriptum est addit. 1. hujus dialogi.

(10) Inscriptio capitis sexti *Sicut antiquitus.* 17. q. 4. in eodem libro hæc est: *Item Nicolaus Papa omnibus Episcopis.* In margine hæc sunt: *Inter decreta Nicolai in codice Ormanetti. Ans. l. 5. c. 74. Ivo p. 3. c. 164. Pan. l. 2. c. 81. Ad voces xl. passus additur Al. lx. Et ad illa, confinia earum, additur; Al. eorum.*

(11) Capitis 24. *A quodam.* de consecr. dist. 44. inscriptionem vide lib. 1. dialo. 18. additione prima. Capitis 57. *Catechismi.* eadem distinctione inscriptio est: *Item Nicolaus Papa.* In margine est: *Ivo par. 1. c. 82. Pann. l. 1. c. 40.*

